-151-- -151-

Qui excellens dominus foelix aduocatus et eo nomine quo supra annotan requisiuit quatenus protestatus fuit de nullitate de omnibus productis per partem aduersam in presenti Juditio possessorio, et presertim ab eo de non discendendo.

Die Jouis 19 Januarij 1584 in logia solit. etc.

Ex relatione domini Nicodemi Belaiti comparuit coram antedicto excellentissimo domino Vicario Saulus actor Procuratorio nomine offerens respondere positionibus antea productis.

Qui excellentissimus dominus Vicarius, uices gerens de consensu partium delegauit dominum Nicodemum Belaitum Notarium in absentia mei Notarij ad differendum iuramentum, et accipiendum responsiones.

Et illico in predicto loco, coram antedicto domino Nicodemo ad id delegato, suprascriptus Saulus se obtulit iurare.

Qui, delato iuramento in forma iurauit responsurum per uerbum Credit uel non Credit uel pro ut crediderit.

Qui predictus Saulus predictis positionibus respondidit, pro ut in fine earum uidetur.

Die 19 Januarij 1584, ex relatione dni Nicodemi Belaiti etc.